Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Dominica I: sanctus Iohannis episcopus: sermo in quadragesima de Iacob et Esau

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

manet in aeternum. nec possumus dilectis-
simi pro uno eodemque opere et laudem
mundi condolentis expetere et premium
uitę caelestis adquirere. sed unge
ait cum ieiunas caput tuum et la-
ua faciem tuam. unguit reuera omnis
deuotus caput suū cuius religiosū ieiuniū
scę elimosynę ubertate pinguescit. et
si aliud aliquid cogitemus. unguere caput
tuū quod est xps. si bonis operibus
meliora subiungens simplici cū deuotione
laetificet. lauabis sine dubio et faciem
tuam. atque omnia etiam laetitię sereni-
tate deterges. si diuino iocundior
cultu nullius uanitatis affectatione
sordescat. Inlotus enim eorum uultus
est qui falso oculorum merore preco-
nia mundana mercantur. quos apostolus
sententia sua notat dicens; questum
existimantes esse pietatem. et cum hec ita sint.
non repellit dns lugentes uel
peccata sua uel mundum qui dixit.
Beati qui lugent. qm̄ ipsi consolabuntur;
Non reprehenditur ille qui dudum cor-
de deuio. et lubricis gressibus a
tramite salutis elapsus. redintegra-
re secundo maesta penitentię satis-
factione conatur. ut in quinquage-
simo legimus psalmo. cor contritū et
humiliatū ds non spernit; non utique
spernit ds scm̄ merorem. sed serui

entes sibi. artificem et dolo simulatam
non uult circum ferre tristitiam. de qui-
bus ait xps ad discipulos suos. amen
dico uobis. perceperunt mercedem
suā; quanta est igitur spes fidei eorum uel
que future retributionis expectatio.
qui omnem mercedem operum suorū
in presenti saeculo. temporalis aure
ambitione consumunt. et ideo frs
inoffensam et dō placitam in omnibus
tenete mensuram; sit apud uos purum
ieiunium. simplex misericordia. om-
nisque sincera deuotio. ut secundam uitam
urā euangelica institutione pfectā.
plena dī nrī retributio prosequatur;

DOMC .I. IN QUADRAGESIMA SERMO
SCI IOHANNIS EPI DE IACOB ET ESAU

Portabat rebecca geminos in utero
frs ante ortus principia bellatores.
certantes filios mater ante sentit
quam nouit. ante patitur quam uidet.
ante sustinet quam agnoscit. licuit
filiorum bella sentire. quos nondū
licuit generare. certamen inter frs
in utero geritur. bellum inter natos
committitur. materna uiscera
quatiuntur. Nec ad ortus
principia properatur. sed ante
principia noua certamina
celebrantur. uellem causas
tanti certaminis noscere. uelle istius

pugnæ negotia tractare. quid intercesserat.
quid factum fuerit. quae pugnandi ratio.
quae causa uincendi. quo spectatore id
geritur quo iudice caelebratur. quod
uictori promittitur. quid uicto contra
rio denegetur. quis certare docuerit.
quis pugnare monstraret. sed notum est
cunctis istorum certamine fratrum
causas eluorum et primi populorum.
uult enim deus ante ostendere futura
quam ueniant. ante uentura monstrare
quam fiant. ceterum praeiudicare
non potest pugna. si pugnae non consen
tiant merita. sed futurorum praescius
deus. monstruosum certamen uoluit
exerceri. dat certandi affectus uincen
di uota ostendit. se spectatorem consti
tuit. se iudicem demonstrauit. adeo
geritur certamen presente deo qui genu
it. et matre teste quae sensit. sed mater cer
tamen sentire potuit. uidere non po
tuit. Denique interrogat dominum. quid
est inquit domine istud quod geritur. quid
est quod in utero meo te teste tractatur.
quid facturi sunt nati qui sic luctantur innati.
Aut quae natorum uota suscipiam. cum sic
luctamine innatorum concutiar.
duos inquid dominus populi in utero tuo.
et duae gentes de uentre tuo diuident.
et populus populum superabit. et maior
seruiet minori. O ueneranda prae

scientia dei. designantur in utrisque fratribus
gentes. in singulis populi declarantur.
immo ipsi gentes et populi nuncupan
tur. futurarum sobolum nomina inna
tos conferuntur. et adhuc innatorum
nomina ignorantur. dicuntur enim
parentes. qui necdum filii nomen
acceperant. appellentur patres qui nati
non fuerant. ut fierent genitores ante
quam filii fierent patres antequam nati.
ostenduntur amborum merita et o
perationis nondum est causa. quid
quisque mereatur edicitur. et merita
causae silentur. sententia a deo profertur.
et adhuc qui meretur non nascitur.
iudicium diuinitus celebratur. et ad
huc in utero qui iudicatus est delitet.
praecedit mores iudicium. sententia
actibus prior est. nec expectatur tem
pus. ut merita dispungantur. dispunc
toris potentia ante nouit omnia
quam nascantur. interea certamen
nec nascentibus defuit. dum minor
maioris plantae innectitur. aut prior
nasci desiderat aut se uictorem taliter
tu demonstras. o melior tam properat in lu
cem. et adhuc tenetur in uentre. quaerit
prior nasci ne et in hoc possit a fratre
deuinci. cupit pudorem properantia
tegere. desiderat ignominiam festina
tione uitare. tam et uidens uictus.

antequam natus; sed iam matri pro
uentus certaminis indicia uerterat. In
dicat & nascentium ortus. unde digne
iacob supplantator est uocitatus; sed
diuidit in amorem utque parens. utrū
q; nascentē; sic pat maiorem. minore
mat. adsumit; pter in utero. uictū
amore solatur. mat uero uicto
rem diligit. quem pugnantem non ui
dit; optat pat uictori. uictum
aequari. si iuncti mores possent ama
bilia inmutari; Igitur properant in
pleri praedicta. festinant geri quae
fuerant diuinitus nuntiata; Deni
que coquit iacob pulmentū constitu
tus in domo. desiderio rapitur ueni
ens esau de campo; sed male desideratur.
quod in damnum salutis adsumitur;
quia contraria esuritur. quando sa
lus manducando digeritur. aut in mu
te interitum cruditatur; molestae
enim fames est. quae ad hoc saginatur
ut pdat pnitiosa esuries quae idcirco
excluditur. ut peior in homine
nutriatur; quā damnosa mercatio
est. si salus pro cibo inpenditur. aut
magnis uilia comparantur; Adeo
esau primatus desiderio lentis addix.
eosdemque iacob intemperantiae de
siderantis accepit; quā diu esau pos
sidere non potuit. qd in utero con
stitutus amisit; denique reddit esau
aliena. iacob recipit sua; fit iacob bene
dictione iam primus. qui fuerat natura
postremus; primatus reddidit causa.
quos negauerat aliquando natura.
Nec diuitius gratiam indignus potuit
usurpare. quam iacob meruit ante
quam nasceretur accipere; Interea
hereditaria benedictio a patre in esau
disponitur. & ab eo ciborum delectatio
postulatur; facito inquit mihi
fili cibos ut amo. ut manducans bene
dicam te. antequā uita ista decedā;
Sed ignorat esau illum placiturum in ci
bo. qui iam placuerat merito; nescit
eum benedictioni aptissimum. cui tra
diderat ipse primatum. Deniq; pgit
uenatum ut imperata pficeret.
remoratur & tardat; fit difficile
quod quaeritur. ut in iacob paterna
benedictio compleretur; quaerit
esau inuenire quod pat festinat.
desiderat capere quod genitor iā
saginatus & horreat; hortatur
& mater iacob amantissimum filiū.
narrat uerba patris ad fratrem.
pfert imperata ciborū; benedictio
nis promisse compotem dicit.
si quae fieri iussa sunt. implere festinet;
Cogitur in quā iacob pfiteri quod non
erat. mentiri quod fuerat;

cogitur inquam simulare se fratrē
mentiri maiorem. adeo p(er)git ad gregem.
duos edos adducit. quorum pellibus
brachia et nudā quę ceruicem abſconde
ret ut hirsuti fr(atr)is presentiam simu
laret; Itaque par&cibos delectabiles
mater. infert filius patri. pat(er) miratur
aduentum celerem filii; quid est hoc
inquit quod tam cito fili uenisti. q(ui)d
d(omi)n(u)s dedit ait. attulit tibi surge man
duca quod desiderasti. ut benedictio
nem conferes quam p(ro)misisti. acce
de ad me inquit fili ut palpem te &
uideā si tu es esau filius meus; accede
in quid ad me ut tactu sentiam quod
oculis uidere non possum. palpando in
tellegam. quod uisu non cerno; duo
sensus id est auditus & tactus in pa
tre s(e)c(un)d(u)m contendunt quis n(on) eorum q(ui)d
latebat ostenderet. sed auditus indi
cat quod tactus ignorat; fallit enī
habitus patrem. sed uox indicat ue
ritatem; Refert uox quod habitus
(con)fellebat. nudat lingua quod teg
mine simulabat; Indumento quidē
fratrē mentit(ur). sed uerborū sonitu qui fuerat
indicat; unde iacob sanctissimus diuiditur
apud patrē in duo. dū mentitur habitu aliū.
sed uox indicat uerū; uestitus maiorē si
mulat. sed sermo minorem n(on) celat; ita
enī alienum est quod simulatur. ut p(ro)
priū est q(uo)d p(er) uocem dinoscitur.

ut benedictione sit dignum quod est
proprium. & hereditari meruerit q(uo)d
fuerat alienū; LEC(TIO) S(AN)C(T)I EUANGEL(II) SEC(UNDUM) MATTH(EUM)

In illo tempore. Adsumpsit ih(esu)s petrum & ia
cobū & iohannē fr(atr)em eius & ducit illos
in montem excelsum seorsum & reliqua;

OMELIA B(EA)TI LEONIS PAPE DE EADĒ LECTIONE

Euangelica lectio dilectissimi. quę p(er)
aures corporis. interiorem m(en)tiū
n(ost)rarū pulsauit auditū. ad magni sacram(en)ti
nos intellegentiā uocat; quā adspirante
gratia d(e)i facilius (con)sequemur. si considera
tionem n(ost)rā ad ea quę paulo superius
narrata referamus; saluator enim huma
ni generis d(omi)n(u)s xp(istu)s. condens eam fidem.
quę impios ad iustitiam. & mortuos re
uocat ad uitā. ad hoc discipulos suos doc
trine monitis. & operis miraculis inbue
bat. ut idem & unigenitus d(e)i & fili
us hominis crederetur; n(a)m unum horū
sine alio n(on) p(ro)derat ad salutem; & aequa
le erat periculi. d(omi)n(u)m ih(esu)m xp(istu)m
aut d(eu)m tantū modo sine homine. aut si
ne d(e)o solum hominem credidisse. cū
utrumq; esset pariter confitendum
quia sicut d(e)o uera humanitas. ita
homini inerat uera diuinitas; ad con
firmandam ergo huius fidei salubrita
tem interrogauerat discipulos suos d(omi)n(u)s
inter diuersas aliorum opiniones. quid ip
si de eo crederent. quid ue sentirent. ubi
apostolus petrus. p(er) reuelationē summi patris